Dalla Biblioteca
Carlo Pessina
di Gio. Battista



STATUTA; ET LEGES VEN. CONGREGATIONIS

SUB AUSPICIJS BEATORUM

PETRI, ET PAULI

PRINCIPUM APOSTOLORUM

GENUÆ ERECTÆ ANNO MCDLXXXVI.

Olim per Jllustrissimum, & M. R. D.

D. FRANCISCUM MARIAM DORIA;

ET M.R.D. STEPHANUM PRASCA

Priores, & Superiores

Nouis additionibus, & stabilimentis ornata

Jn lucem prodita

Recenter nouissimis Decretis, ac reformata industria, ac opera

M. R. JOANNIS BAPTISTÆ TURILIA


Denuò Typis edita.



GENUÆ, MDCCVIIJ.

Ex Typographia Jo: Baptistæ Celle. *Superiorum permissu.*





CONGREGATIONIS JNSTITVTIO, ET ORIGO.



ANno à Natiuitate Domini octuagesimo sexto supra millesimum quadrigentesimum MM. RR. DD. Prælati, Præpositi, Canonici, Rectores, aliæque personæ Ecclesiasticæ huius Ciuitatis Genuæ, & Diœcesis Animabus Purgatorij peculiari Congregationis suffragio subuenire studentes, ad honorem totius Cleri Genueñ. Reuerendissimiq; D. Pauli de Campo Fregosio miseratione Diuina Tit. S. Sixti S. R. E. Præsbiteri Cardinalis, & dignissimi Genuæ Archiepiscopi gloriam, & exaltationem (præuia eius auctoritate, & consensu) Uen. Confraternitatem Sacerdotum sub Titulo Apostolorum Petri, & Pauli, in Ecclesia Sancti Donati instituere curarunt, legibusque, & decretis ad eiusdem conseruationem, bonumque regimen necessarijs decorarunt: Cumque in dies Confratrum numerus augeretur, anno millesimo quadrigentesimo nonagesimo primo aptiorem locum ad congregandos Fratres Diuinaque peragenda perquirentes, Baptisterium Sancti Joannis Veteris à MM. RR. DD. Canonicis Cathedralis Ecclesiæ grato dono impetrarunt, vt publica Andreæ de Cario Notarij documenta probant; habueruntque supradictæ concessionis confirmationem à Reuerendissimo D. Dominico de Uacarijs Episcopo Nauleñ. Uicario Generali Jllustriss. Archiepiscopi, vt videre est apud Baldasarem de Coronata Cancellarium; Inde anno 1499. per prædictos MM. RR. DD. Canonicos renouata dicta Baptisterij donatio cum facultate nouam in eo con-

struendi Capellam sub Titulo Apostolorum Petri, & Pauli, à Reuerendissimo D. Bernardo de Franchis Episcopo Neapolitano, & Illustriss. Archiepiscopi Vic. Gen. confirmata, fuit vt pene acta eiusdem Baldassaris Cancellarij.

Et quia sepulcro ad Confratrum Cadauera tumulanda diu carere non poterant, à MM. Petro Luca Flisco, Stephano Salutio, & Sebastiano Sauli tribus ex Fabricerijs Ecclesiæ Sancti Laurentij in ea situm in media naui existentem, ad sepulcrum construendum aptum obtinuerunt anno 1607., vt ex libro deliberationum per Io: Stephanum Sciuori Not. receptarum apparet, quæ situs designatio, & concessio inde approbata, & confirmata fuit per M. Camillum Hectoreum Vic.Gen. Illustriss. Horatij Cardinalis Spinulæ Archiepiscopi, vt ex actis Io: Antonij Rocataliatæ Cancellarij.

Leges autem, & Capitula Congregationis diuersis temporibus condita, in vnum, prout par erat, de anno 1656. congesta, ab Eminentiss. Stephano S. R. E. Presbitero Cardinali Duratio Archiepiscopo confirmata, vt testantur acta Io: Baptistæ Badaracci Cancellarij, & olim sub auspicio Illustriss. & R. D. Francisci Mariæ Doriæ, & M. R. Stephani Prascæ Priorum, & Superiorum Congregationis nouis additionibus ornata, & stabilita eorum studio, & diligentia Typis edita sunt, & modo novissimis decretis, & stabilimentis adaucta, ac opera M. R. Joannis Baptistæ Turilia rursus in lucem prodeunt.

Sancta ergo, & salubris est cogitatio pro Defunctis exorare, vt à peccatis soluantur.



STA-

STATUTA CONGREGATIONIS.

De fine Confraternitatis. Cap. I.

CUm nihil sit naturæ hominis accommodatius, quam beneficientia, eaq; magis in eos conferenda, qui arctiori nobis vinculo coniuncti sunt; id spectantes complures viri Religionis, charitatisque virtute fulgentes, ac in sacris Ordinibus constituti, iam ante annum 1486. instituerunt (vt ex ante dictis apparet) Confraternitatem sub auspicijs SS. Apostolorum Petri, & Pauli eo Consilio, vt Confratres præcipuo charitatis vinculo copulati sibi Consilio, & opera præsto essent: Et vt quisq; maxime opis indigeat ita ei potissimum opitularentur. Nostræ igitur partes expostulant, vt singulis Confratribus tam corporis, quam animæ inopia laborantibus opem feramus, & præcipue, vt defunctorum corpora ad sepulcrum comitemur, & animabus in voracibus Purgatorij flammis detentis per suffraggia subueniamus, quod facili negotio vnusquisq; præstabit, si memoria recolet Apostoli verba dicentis: *eadem mensura, qua alijs mensi fueritis remetietur, & vobis.*

Per quos regendas Confraternitas. Cap. II.

ANtiquissimo more comparatum est, vt in omnibus Confraternitatibus præter Congregationem maiorem, quæ Uniuersitas appellatur, statuatur Congregatio minor, quæ concilium dicitur, per quod in dies regatur, & administretur Confraternitas: Nostra igitur regetur, & administrabitur per duos Priores, sex consiliarios, Sindicum, qui, & à secretis dicitur, & depositarium quorum munus erit annuale, & electio spectabit ad Uniuersitatem; In deliberationibus autem, & decretis à Concilio faciendis, ius ferendi suffragium competat Prioribus, & Consiliarijs quibus deinde incumbet cura eligendi Uisitatores Jnfirmorum, ac duos Procuratores pro Confratribus in vinculis detrusis, Nouitiorum Magistrum, Choristas, Visitatores mortuorum, & columnistas, quorum munus pariter annum non excedat, insuper, & Reuisores computorum capserij.

De

De legitimo Vniuersitatis numero. Cap. III.

DEo fauente Confraternitatis nostræ numerus in dies augetur, & ideo pro bono eiusdem regimine nobis expedire visum est numerum legitimum Uniuersitatis statuere septuagesimum quotiescumque agetur de vendendis donandis, cedendis, emendis, permutandis, siue quoquomodo alienandis quibuscumque bonis mobilibus, siue immobilibus, iuribus, & rationibus ad sodalitatem quomodolibet pertinentibus, nec non subeundis oneribus præsertim perpetuis; In speciali autem dispositione pecuniarum Venetiis existentium, & ad Congregationem spectantium, quatuor ex quinque partibus congregatorum concurrentibus requirantur, quique esse non possint congregati minori numero, quam centenario: In alijs vero prouisionibus numerus legitimus Vniuersitatis satis erit quadragesimus, vtroq; autem numero semper comprehendatur numerus legitimus Concilij.

De legitimo numero Concilij. Cap. IV.

IN omnibus deliberationibus faciendis à concilio concurrant saltem sex vota fauorabilia. Quare concilium haberi non poterit quin saltem sint sex congregati, quibus tamen præsit alter ex Prioribus, qui sextum numerum compleat; Hi sex, si priori ita placuerit, poterunt sine vlla substitutione, siue subrogatione statuere, quæ fuerint statuenda, quo tamen facilius decreta edantur, satius erit per substitutionem suplere numerum consiliariorum tunc absentium.

Si qua vero propositio neq; per tres sessiones fuerit approbata, teneatur Concilium secum conuocare Conseruatores cum Sindico, & Depositario, & his quoq; votum ferentibus, si facta per tres vices experientia, in eandem non conuenerint vltimo loco si propositio numerum suffragiorum vltra dimidium reportauerit approbata intelligatur.

De subrogationibus. Cap. V.

SVbrogationum consuetudo, vt maxime vtilis, & necessaria est, omnino retinenda, reliquum solum est, vt certus subrogandi modus à nobis constituatur: Subrogationes siue substitutiones Consiliariorum ne fiant nec fieri possint, nisi saltem sint quinq; ex consilio congregati, quo numero semper comprehendatur alteruter ex Prioribus; Substitutus siue subrogatus intelligatur, qui ex nominatis plura suffragia retulerit, subrogatus siue substitutus locum cedat Consiliario forte aduenienti, cuius loco fuit substitutus: substitutionem tunc expletam esse declaramus: propositione tamen siue functione illa prius perfecta, quæ iam ad calculos deducta fuisset ante aduentum Consiliarij: loco Priorum nullus subrogari siue substitui possit; si tamen contingeret, (quod Deum pro sua pietate, & meritis AA. Petri, & Pauli prohibiturum confidimus) vt Priores aliqua animi affectione ducti, concilio cogendo interesse, & præsse recusarent, si de mandato senioris concilij ter moniti per aliquem ex Massarijs, vel clericum [cui asserenti cum iuramento à se dictos Priores monitos, & vocatos fuisse fides omnino habeatur] adhuc accedere, & præesse recusent, tunc reliqui sex Consiliarij possint in vnum cogi, & statuere quæ pro bono regimine, conseruatione, & augumento sodalitatis statuenda sibi videbuntur, atque etiam, si sibi libuerit, supplere per substitutionem absentiam Priorum quoad numerum, non quoad muneris dignitatem, itaut substituti octauum tantummodo numerum perficiant: Hoc illis pariter liceat, si Priores ita aberunt ab Vrbe Genua, vt Concilio nequeant interesse, quo casu monitioni, & vocationi nullus erit locus.

De substitutionibus loco Defunctorum. Cap. VI.

SI quis ex Prioribus, Syndicus, siue à secretis, & Depositarius decesserit ex hac vita, substitutio Defuncti pro reliquo tempore fiat ab Vniuersitate; Si vero reliquum tempus erit minus semestri, tunc Prior substitutus non subiaceat

capitulo vacationem quinquennij imponenti: Si vero quis, vel plures ex Consiliarijs ex hac vita migrabit, & eius, vel eorum loco substituantur alij pro reliquo tempore à Prioribus, & Consiliarijs.

De Prioribus suo functis munere. Cap. VII.

QVia valde expedit, vt venturo Concilio semper intersint qui rerum Congregationis sodalitatis sint conscij, & periti: Priores, qui nuperrime suo erunt functi munere, Consiliarij munus obibunt in annum immediate venturum à die sui Prioratus expleti iuxta morem optimum hucusque seruatum.

De tempore eligendi Officiales. Cap. VIII.

ANtiquissimæ consuetudini inhærentes decernimus, vt Officiales quotannis eligantur die Sancti Matthiæ, quod si aliquo casu, vel impedimento, ad arbitrium Priorum, & Consiliariorum electionem in alteram diem differri contigerit; Priores, & Consiliarij veteres quamprimum electionem faciendam curabunt, & nihilominus Officialium tunc electorum munus dicta die Sancti Matthiæ expletum, & absolutum esse semper intelligatur.

De forma eligendi Priores, & Consiliarios. Cap. IX.

CVm diuersis temporibus varij Superiores eligendi adinuenti fuerunt modi, quibus parum tranquillitatis, & multum incommodi afferebantur vniuersitati; hic tandem in posterum obseruandus pro bono pacis statuitur, ac decernitur: singulis annis ante festum Sancti Matthiæ conuenientibus in solito Oratorio Prioribus cum Consiliarijs, quatuor Capitulorum Conseruatoribus cum Sindico, ac Depositario, singulis pro

pro tempore, omnium Confratrum nomina, qui decennium à die, quo in sodalitatem adscripti fuerunt, complete expleuerint, quiq; Vrbem, vel Suburbia incolentes, vltra viginti quatuor obolos pro consueta pensione non debuerint, ad calculos singillatim deducantur, & ex eis quinquaginta, qui salcem duas tertias suffragiorum partes obtinuerint, in vrnam reponantur, ex qua adueniente festo Sancti Matthiæ coram vniuersitate legitimè congregata, sex extrahantur, quorum duo ætate maiores in Priores; & quattuor alij in Consiliarios ipso facto intelligantur electi. Declarando quòd duo Priores per quinquennium, & quatuor Consiliarij per triennium ab imbussolatione, quę quotannis modo supradicto facienda erit, vacare debeant. Insuper addendo non posse deueniri ad scrutinium, & imbussolationem, nisi saltem octo ex supradictis, inter quos vnus Priorum, fuerint congregati, quibus tamen liceat per subrogationem absentium numerum supplere.

Si aliquis, vel plures in Priores, vel Consiliarios extracti legitimè impediti, non potuerint interesse Congregationi minori, tunc alius, vel alij in eorum locum quoq; die Martis per Concilium cum assistentia Conseruatorum ad præsentiam Confratrum in quouis numero congregatorum extrahantur, & iuxta vniusq; ætatem electi intelligantur. Si quis ex Prioribus decesserit, alius ex vrna extrahatur non obstante cap. 6.

De electione legum Conseruatorum, eorumque auctoritate. Cap. X.

COmpertum est omnibus ex Statutorum obseruatione rectam regiminis regulam oriri hoc, vt faciliùs assequatur, singulo quinquennio Priores, & Consiliarij cum quatuor Conseruatoribus, Sindico, & Depositario, omnes pro tempore, in solito congregati Oratorio, qui tamen, vno ex Prioribus comprænenso, octo saltem esse debeant, & in eo numero subrogationis beneficio, loco absentium, si velint, vti possint, octo ex Confratribus ad munus Conseruatorum idoneos nominabunt, & singulis per vniuersitatem legitimè congregatam ad calculos deductis, eorum quatuor, qui maiorem suffragiorum partem retulerint, ad officium Conseruatorum per quinquennium ipso facto intelligantur electi, quo

quo tempore non possint ad aliud munus in Ven. Soc. assumi, & si quis eorum ex hac vita decesserit intra quinquennium, reliqui quatuor antea nominati vniuersitati per Concilium proponentur, vt per vota modo supradicto loco defuncti ad reliquum tempus alter eorum subrogetur. Conseruatores verò sic electi curare debebunt, quòd deliberationes Concilij, & aliorum Officialium sint ad limites capitulorum; quocirca nec concilium poterit aliquid statuere vniuersitati proponendum, quin prius per Sindicum Conseruatoribus, vel saltem eorum ætate maiori eius notitia præsentetur, quod idem Sindicus obseruare debeat antequam in libro Decretorum eiusdem Concilij deliberationes transcribat, & siquidem difforme Capitulis inuentum fuerit, irritum, ac nullum per Conseruatores tribus saltem concurrentibus votis daclarari possit. Quòd si Priores, quam Deus auertat in aliquo casu vniuersitatem conuocare recusarent, si moniti non resipuerint, possint Conseruatores hoc idem præstare, & Prioribus absentibus, vel nolentibus proponere eidem vniuersitati quidquid ad bonum Ven. Soc. pertinere cognouerint.

De electione Sindici, & Depositarij. Cap. XI.

PRiores, & Consiliarij antea, vel in festo Sancti Matthiæ in vnum congregati quatuor ex Confratribus pro Syndico, & totidem pro Depositario ad ea munera obeunda idoneos nominabunt, & qui exprimis quatuor singulis per vniuersitatem ad calculos deductis maiorem suffragiorum numerum portauerit electus in Syndicum ad annum ipso facto intelligatur, quod idem seruabitur in electione Depositarij, liceat tamen Prioribus æquè Syndicum, ac Depositarium; vel alterum eorum vniuersitati pro confirmatione proponere.

De obligatione Depositarij. Cap. XII.

OCcurrendum est quantum fieri potest omnibus euentibus, qui confraternitati nostræ detrimentum queant inferre: Et quia illi omnium maxime mala Depositarij administratio, vel interitus nocere potest: Ideo Depositarius electus antequam suum munus obeat, debeat prestitisse fideiussionem pro summa librarum mille monetæ Genuæ currentis, approbandam à Concilio, de fideliter exercendo suo munere, nec non reddenda in fine cuiuslibet semestris ratione quorumcumque nummorum ad Confraternitatem spectantium, quos per eum exactos fuisse, vel ad eius manus quomodolibet peruenisse contigerit; Et fideiussio præstanda, si erit de persona laica, obligatio fiat in valida forma iuris, Sacerdotum autem obligatio in forma Cameræ renunciando Cap. Odoardus.

De auctboritate Priorum. Cap. XIIJ.

RAtio postulat, vt qui omnibus præsunt, super omnes aliquam exerceant auctoritatem, quapropter Priores pro tempore existentes habeant per se solos plenam, amplam, & liberam facultatem suspendendi à Confraternitate ad tempus de quo eis videbitur, vel salutari pœnitentia afficiendi singulos Confratres, qui sine debita ipsorum Priorum licentia suo è loco discesserint, vel vocem altius, quam par sit extulerint, vel aliquod irreuerentiæ genus in Priores, & Officiales commiserint, si moniti, ab importunis colloquijs non abstinuerint, si in comitandis Defunctorum corporibus ad sepulcrum ea, qua decet modestia, non incesserint, & mandatis minime paruerint; Qui Priores etiam Confratres inhonestam in vitam degentes redarguere, & ad honestam vitam reuocare studeant.

De Missa celebranda die Martis. Cap. XIV.

AD subleuandas Confratrum omnium Animas, qui mortem opetierunt, quolibet die Martis singularum hebdomadarum celebretur Missa vna in cantu, & occurrente festo Duplici, in quo prohibentur Missæ de Requiem dicatur Nocturnum Officij Defunctorum cum Laudibus, & Missa priuatim celebretur immediate post recitationem Officij; Quotannis pariter celebretur solemniter in cantu Anniuersarium generale pro Animabus omnium Confratrum vita functorum; Et quia assiduas, & quotidianas fidelium preces, maximam apud Deum vim habere sacræ paginæ, & SS.Patrum monumenta testantur, quilibet Confrater recitet singulis mensibus Vesperas Defunctorum, & vnicum saltem nocturnum cum laudibus ea die, quæ sibi fuerit assignata.

De Defunctorum corporibus ad tumulum Comitandis. Cap. XV.

INter opera charitatis, quæ Confraternitas sibi exercenda propofuit Confratrum cadauera ad sepulcrum comitari instituit; Ut igitur ad funeralia conueniens Confratrum numerus accedat statutum est, & decretum, vt si quis ex nostris Confratribus fuerit adscriptus in aliarum personarum Ecclesiasticarum Confraternitatem, sodalitatem, Congregationem, & Societatem, seu quocumque alio nomine vocetur, cui cum nostra ad Defunctorum corpora tumulanda conuenire contigerit, debeat is ac teneatur, non sub illius, sed sub nostræ Confraternitatis Cruce nostris Confratribus associatus incedere; Quicumque secus agere, & hoc decretum per inobedientiam violare præsumpserit, illico deleatur, ac deletus intelligatur, immo ipso facto de libro Confratrum deletus esse intelligatur.

De pensione quotannis soluenda, & pœna negligentibus. Cap. XVI.

COnfraternitatis conseruationi prospicientes decernimus, vt Confrater omnis debeat, ac teneatur soluere quotannis solid. viginti quatuor, & quia æquum non est, vt quis gaudeat commodis, & non subeat onera, præsertim cum hæc tenuia, illa maxima sint, propterea qui per triennium neglexerit, & omisserit soluere prædictos solidos 24. sit ipso facto priuatus voce actiua, & passiua, & si decesserit ante solutionem, quam adhuc agens inter viuos per se, vel per alium semper facere poterit, declaratur ipso facto etiam priuatus Missarum suffragijs, & associatione ad sepulturam.

De ordine incedendi in funeralibus. Cap. XVII.

IN processionibus, quæ fiunt in tumulandis Defunctorum corporibus in incessu præeant Nouitij, si qui præter feretrum

deferentes superfuerint: & casu quo ad deferendum feretrum Nouitij non adessent, supleatur per confratres deputandos à Superioribus, nec vllo pacto ad tam pium opus admittantur aliæ societates, inde immediate Nouitiorum Magister consequetur, reliqui successiue Confratres incendent; post quos decem officiales ab Vniuersitate eligi consueti, & inter eos hic ordo seruabitur, anteibunt Depositarius, & Syndicus, deinde Consiliarij, ex quibus iuniores senioribus præcedent, & vltimo loco Priores. Circa Parochos, & Ecclesiæ Metropolitanæ Canonicos permaneant in suo robore, & seruentur, quæ iam sancita fuerunt.

De inhabilibus ad ferendum suffragium. Cap. XVIII.

NE à communi vsu discedamus, & omnem dubitandi, & altercandi causam tollamus. Unusquisque tam confrater, quam officialis nemine excluso, abstinebit à ferendo suffragio quotiescumq; ipsemet deducetur ad calculos in quacumque electione, prouisione, & deputatione facienda, siue sit honorifica, siue onerosa; Idem seruabitur cum agetur de re quæ sua ipsius intersit; Nec incongruum erit quoties de interesse tangente Congregationem minorem in Vniuersitate agetur, Consiliarios sese à voto abstinere, & Propositio ad deliberandum fiat ab aliquo ex Conseruatoribus capitulorum, pro illa tantummodo prouisione.

De deliberationibus Vniuersitatis. Cap. XIX.

IN deliberationibus, præsertim quæ non exigui sunt momenti, requireretur totius Vniuersitatis consensus: verum quia nullatenus id fieri potest, certus, tamen, & vbique consuetus concurrere debet; In omnibus igitur deliberationibus ab Vniuersitate faciendis, concurrant saltem duæ tertiæ suffragiorum fauorabilium partes, ijs exceptis, in quibus iam expresse

presse definitum, & declaratum est; quæ tamen suffragiorum pars satis sit, & requiratur; Et præcipue in alienatione, seu dispositione pecuniarum Uenetijs existentium, in qua requirantur quatuor ex quinq; partibus suffragiorum fauorabilium ad formam deliberationis diei 30. Ianuarij 1678. & pro tali dispositione non possint congregari minori numero quam centenario.

De Legatis Anniuersariorum perpetuorum. Cap. XX.

Legatorum pecunia, quæ nostræ Congregationi relinqnetur, cum onere perpetuo celebrandi cuiuspiam anniuersarij ne distrahatur, nec vllo modo de ea disponatur, sed conseruetur; quod vt facilius, & cautius fiat, emantur de illa tot pagæ in Cartularijs S. Georgijs seruenturque.

De modo Congregandi Vniuersitatem. Cap. XXI.

Cvm Uniuersitatis assemblea congruis confratrum temporibus & horis statuenda videatur, consuetudini hucusque seruatæ inhærentes decernimus, quod diebus festiuis post prandium, & quotiescumque congreganda erit, per columnistas medijs bilietis scriptis conuocetur; Et quoties de capitulorum derogatione agendum erit, signanter in bilieto conuocationis exprimatur.

De officio Columnistarum. Cap. XXII.

Columnistarum partes erunt, quoties per Superiores congregatio generalis indicetur, aut aliquis ex Confratribus ex hac vita migrauerit, singulos sui respectiue quarterij Confratres monere per bilietum more solito pro tali die & hora, ad hoc vt Congregationi, siue funerali quisque interesse valeat.

De

De officio Syndici, & à Secretis. Cap. XXIII.

Syndici, & à Secretis munus erit interesse, & assistere Vniuersitati, & Concilio quotiescumque congregabuntur; Capitula, decreta, electiones, ordinationes, & prouisiones quascumque editas excipere, & in libello conscriptas asseruare, Confraternitatis rationibus inuigilare, partes tueri, iura defendere, Capitulorum obseruantiam procurare, ac ne quid contra ea fiant, sedulo cauere, & ideo capitulorum liber penes eum semper erit, mandata de soluendis pecunijs conficere, confectis se subscribere, quibus etiam Priorum subscriptio accedet: Defunctorum confratrum funeralia indicere, indicta disponere, suffragia præsertim Missarum quamprimum peragenda curare, impensas denique omnes à Depositario faciendas in libro exitus manu propria annotare. Quæ omnia in absentia Syndici præstare poterit Depositarius in omnibus deliberationibus æquè per Concilium, ac per vniuersitatem faciendis, cum onere præsentandi omnia, & singula decreta, per Syndicum in libro Decretorum transcribenda.

De officio Depositarij. Cap. XXIV.

Ad Depositarium spectabit exigere pensiones, redditus, legata, multas, & pecunias omnes Confraternitati de Iure seu consuetudine debitas, quas in libro introitus annotabit, ac de omnibus se debitorem constituet, paratus erit ad impensas, quæ de mandato tàm vniuersitatis, quàm Concilij faciendæ erunt: Congregatio tamen minor in vna seu pluribus vicibus præter expensas ordinarias, quæ quotannis de stylo fiunt, non possit vltra libras quadraginta singulo anno expendere, & si quid aliud errogandum erit, consulatur Congregatio generalis sub pœna soluendi de proprijs pecunijs, & ab officio suspendendi: suo functus munere omnium rationem reddet deputandis à Concilio, qui deputati in prima Concilij sessione referent de annuo introitu, & exitu, & de qua pecuniæ summa Confraternitas creditrix, vel debitrix remaneat, de quibus omnibus Concilium in prima pariter sessione edocebit.

De

De Officio Choristarum. Cap. XXV.

VT in Oratorio debito procedatur ordine ad Diuina peragenda, quatuor eligantur Confratres, qui beneficio clarioris vocis præditi, sub titulo Choristarum interpollatis vocibus, & per conuenientes pausas Officium Diuinum ordinent, quoties in Oratorio recitabitur, Antiphonas, & Responsoria disponent, lectiones distribuent, exequijs Confratrum defunctorum, ac Missis, quæ tam singulo Martis die, quàm annuatim in nostris solemnitatibus cantantur interesse curabunt, vt omnia bene, & ordinate disponere valeant, eorumque munus annuale erit.

De Officio Visitatorum Infirmorum. Cap. XXVI.

VIsitatores infirmorum diligenter inquirent, an suo in quarterio quispiam ex Confratribus ægritudine laboret, ægrotum nomine Confraternitatis inuisent, cui Confratrum dolorem, ex eius morbo contractum propallabunt: ægrotantis afflictionem verbis, qui diuinam redoleant charitatem, leuare studebunt, ad ægritudinis melestias christiana patientia ferendas hortabuntur, vt suam Diuinæ accomodet voluntati, suadebunt; & si quæ alia sibi suggeret prudentia, sine ægrotantis tædio dicere non pretermittent; Quamprimum quempiam ex Prioribus, vel Syndicum de infirmitate admonebunt, vt in Oratorio à Confratribus pro infirmo preces ad Deum fundantur, & si aliqua necessitate laboraret, prouideri per Superiores eius egestatibus curent itaut debito suffragetur pecuniario auxilio ad arbitrium Priorum. & Consiliariorum.

De Officio Procuratorum pro detentis in Carcere. Cap. XXVII.

PRocuratoribus pro detentis in Carcere cura incumbet inuisendi Confratres in vinculis detrusos, eorum causas sollicitandi, Iudices adeundi si opus fuerit, vt quam primum è vinculis liberentur, & si egestate præmerentur Priores, & Consiliarios instandi, vt congrua Uniuersitatis, & Congregationis pecunia subleuentur.

De Officio Visitatorum Mortuorum. Cap. XXVIII.

VIsitatores Mortuorum domum habitationis Confratris defuncti adire teneantur, vt Sepulturæ tempus inquirant, quod Superioribus denunciabunt, & quattenus aliquid pensionis annuæ debeat, sollicitare solutionem, ne solitis defunctus careat suffragijs; Insuper vt necessaria, & requisita ad funeris decentiam prouideantur, curabunt.

De ingressuris sodalitatem, & eorum qualitatibus. Cap. XXIX.

INgressuri sodalitatem, cui adscribi non possint nisi Clerici seculares sacro Præsbiteratus ordine insigniti, anno probationis peracto recipiantur ab Vuiuersitate, concurrente maiori suffragiorum parte, & quia nihil nobis antiquius esse debet, quam vt Confraternitas conseruetur, quo facilius onera sustineri possint. Quicunque in Confratrum numerum cooptandus erit, ab anno 25. vsq. ad 40. exclusiuè, scutum aureum, à quadragesimo inclusiue vsq; ad quinquagesimum exclusiuè libras vigintiquinque, à quinquagesimo inclusiuè vsq: ad sexagesimum exclusiuè libras quinquaginta, à sexagesimo verò inclusiuè, & vltra libras sexaginta soluere intra terminum duorum mensium à die acceptationis teneatur, si secus actum fuerit, tamquam non admissus habeatur. Si quis autem in anno nouitiatus decesserit, & ante obitum, quæ pro ingressu debentur persoluerit, præter associationem ad sepulturam, gaudebit suffragio Missarum quinquaginta præter solennem, quas Societas statim celebrari curabit. Si quis vero Sacerdos voluerit se eximere à nouitiatu, & ab annua pensione, si prius libras centum monetæ currentis persolueret, per Concilium accepte-

acceptetur, & primò die Martis vniuersitati proponatur, in numerum Confratrum cooptandus. Quod idem præstare poterit Concilium, quandocumq; idem pretium persoluatur à quocumq; Sacerdote morti proximo per se, vel post obitum ab illius hæredibus, in quo casu præter associationem ad sepulturam impendantur pro illius anima consueta suffragia.

De Nouitiorum officio, & obligatione Magistri. Cap. XXX.

CONfraternitati nostræ adscribi cupientes adeant Nouitiorum Magistrum, qui cognito eorum pio desiderio, inquiret de moribus, & vitæ honestate, ac de ætate, & quos dignos iudicabit, Concilio ad Nouitiatum admittendos proponet; Debebunt Nouitij interesse Missæ, quæ quolibet die Martis, nec non quæ pro anima cuiuslibet Confratris defuncti cantabitur, vel Officio diuino Defunctorum quod loco Missæ, quando à festo duplici impeditur, recitabitur; Et qui intra totum probationis annuæ cursum duodecies circa prędicta deliquerit, vel eijciatur ab ingressu Confraternitatis, vel annum denuo probationis incipiat, aut alia afficiatur pœna ad arbitrium Concilij, tumulandis defunctorum cadaueribus semper præsto erunt, feretrum deferent; qui ad hoc munus fungendum non accedet, pœnam solidorum 2. in pijs Confraternitatum vsibus errogandam incurrat. Hoc tamen Capitulo non compræhendantur personæ exemptionis priuileggio gaudentes, quique aliquo legitimo impedimento excusantur, quod constare debeat Magistro Nouitiorum, à quo habere debeant plenum testimonium à Concilio approbandum.

Ut Nouitij à Confratribus distincti noscantur, in Oratorio manebunt in loco ab alijs seiuncto Nouitijs assignato, quod vt exactè seruetur eorum Magister contrafacientes salutari pœnitentia afficiet.

Jn Oratorio lignea tabula suspensa conseruetur, in qua omnium Nouitiorum nomina descripta pateant, iuxta nomen cuiusuis Nouitij foramen adsit, quod tronculo impleatur, quotiescumque, vel ad missas decantandas, vel ad tumulanda defunctorum corpora quis accesserit, ex quo signo intelliget Nouitiorum Magister, qui suo defuerit muneri, qui satisfecerit omissiones in libello annotatas, de multis quas incurrerint omittentes, Syndicum admonebit eas depositario exigendas tradditurum. Anno probationis peracto liberum sit Concilio in legitimo numero congregato quemlibet Nouitium quouis die Martis, obstante cap. 28. cui per vniuersitatem derogatum fuit, Confratribus, quocumq; numero fuerint, proponere, & ad calculos deductum, si maiorem suffragiorum partem retulerit, in numerum Confratrum admittere.

De auctoritate instituendi noua Capitula, vel iam institutis derrogandi. Cap. XXXI.

INstituere noua Capitula res est maximi ponderis, cumque fas sit, vt iam institutis non nisi per Institutores derrogetur auctoritas instituendi noua Capitula, vel institutis derrogandi soli incumbet Vniuersitati, & quoties aliquid ambiguitatis circa eorum intelligentiam occurret, ex officialibus nemini stat[illegible]ta interpretari liceat, & sed Uniuersitas, & Congregatio generalis consulatur, vt ab ea declaratio habeatur.

De modo standi in Oratorio. Cap. XXXII.

QVicumque ex Confratribus Oratorium ingredietur prius genuflectet signo Crucis se muniens, altare SS. Apost. Petri, & Pauli, per aliquantulum temporis spatium adorabit, deinde surgens Prioribus, & Officialibus, qui tunc aderunt, debita reuerentia exhibita, aliquod ex scamnis petet, ibique modestè sedebit, donec incipiatur functio, ad quam peragendam eo conuenerint: In diuinis peragendis surget ac genuflectet, quandocumque surgendum, & genuflectendum erit, sedebitq; cum id per Rubricas licebit: ab omni inutili colloquio abstinebit, ex Oratorio non abibit nisi prius à Superiore obtenta licentia, quorum omnium normam cæteris prebebunt Priores, vel ijs absentibus, dignior ex Consiliarijs.

De iuvandis defunctorum confratrum animabus. Cap. XXXIII.

INter charitatis officia, quibus Ven. Soc. operam dare instituit, illud potissimum curandum proponitur, vt defunctorum Confratrum animæ, quæ Purgatorij igne expiantur, Missarum suffragio adiuuentur. Pro anima igitur cuiuslibet Confratris, qui ex hac vita migrauerit, præter solemnem in cantu centum Missæ celebrentur, & applicentur, & si in Ciuitate decesserit, in Oratorio, si vero extra, priuatim Officium Defunctorum sub ritu duplici recitetur, quod pariter seruandum erit ab ijs Confratribus: qui ad Oratorium non accesserint. Insuper singuli Confratres singulis annis pro Confratribus illo anno defunctis Missam vnam applicare teneantur.

De auctoritate restituendi in integrum suspensos, vel exclusos. Cap. XXXIV.

PIetas quandoq; suadet, & delinquentibus aliquod veniæ, & miserationis genus impertiatur, quapropter suspensi à Prioribus ab jisdem, conuenientibus etiam Consiliarijs, in integrum restitui possint: suspensi verò, siue exclusi ab Vniuersitate non nisi per eandem denuo admitti debent, quod tamen in vtroq; casu faciendum non erit, nisi prius debitam delinquentes præstiterint satisfactionem, & hoc semper seruetur, nisi aliud ab Vniuersitate in suspensione, vel exclusione alicuius Confratris per Decretum speciale statutum fuerit, vel in posterum statuatur.

De associandis Confratrum cadaueribus ad sepulturam. Cap. XXXV.

HOc insigne misericordiæ opus, quod corporibus vltimò impenditur, potius virtutis amore quæcuiq;& præcipuè Sacerdotibus insita esse debet, quam multarum, quæ infligi iure optimo possent, timore suadendum, ac inculcandum videtur, detur, propterea quandocumq; alicui confratri danda erit sepultura, ad præstandum hoc tam eximium pietatis officium omnes accurrant, memores sibi redibenda, quæ alijs Religiose contulerint, & ab hoc onere Prælati, & Ecclesiæ Metropolitanæ Canonici, qui in Societatem adscripti liberi etiam eorum à Nouitiatu exempti solummodo intelligantur. Si vero ad funerale accedere contingat Regulares, qui Societati præcedentiam cedere nolint tunc ipsa, facta prius propinquis Defuncti protestatione non solum non teneatur, verum etiam debeat abstinere ab associatione cadaueris ad sepulturam.

Quod idem obseruandum erit, quoties aliqua noua Societas, Congregatio, seu alio quocumque nomine appellatur, ad funerale concurrere voluerit, cum Ven. nostra Societas semper fuerit in possessione nulli alij, quam Paroco, in cuius Parochia Confrater decesserit, locum præcedentiæ cedendi.

De Capellanis. Cap. XXXVI.

SAncta, & salubris, est recordatio mortuorum, vt à peccatis soluantur, cum igitur ad tam pium, ac Religiosum opus exercendum quatuor per Vniuersitatem electi iam fuerint Capellani, statuitur, ac perpetuo iure declaratur, vnum ex illis quotidie celebrare, ac Sacrificium applicare debere in generali pro animabus Confratrum defunctorum, alios verò tres hoc idem præstare pro anima vniusq; Confratris, qui ex hac vita decesserit, donec constitutum Missarum centum suffragium præter solennem completum fuerit, cui oneri cum satisfecerint, si qui dies in anno superesint, pro omnibus defunctis Confratribus celebrent, & applicent Sacrificium. Preter ea anniuersaria, & Missas singulis diebus Martis, vel alio die quo præmoniti fuerint, canere, cæterisq; functionibus, ac solemnitatibus, quæ in dies faciendæ occurrent, assistere teneantur. Singulo quoq; triennio ab eorum respectiuè electione Vniuersitati pro confirmatione ad aliud triennium duratura per Concilium proponentur, quam si non obtinuerint, alij loco eorum ab eadem Uniuersitate eligentur.

De Sacristis, & eorum munere.
Cap. XXXVII.

VT Oratorij seruitio vtilius consulatur, incongruum non erit, vt Sacristarum officium Capellanis in posterum imponatur, duo igitur ex ipsis alternatim singulis annis per Concilium eligantur, quorum munus erit omnia paramenta, & Oratorij supellectilem sibi per autenticum inuentarium traditam conseruare, faculas insuper in pondere, & mensura receptas pro vsu Oratorij, & funeralium custodire, & ad omnes functiones præuio tempore accurrere, ac quæ decent Ecclesiasticum nitorem diligenter præparare, & sui Officij anno elapso duobus alijs Capellanis sibi in munere succedentibus omnia per inuentarium, vt supra, ad præsentiam Syndici tradere.

De Officialibus eligendis per Vniuersitatem.
Cap. XXXVIII.

PRæter Syndicum, & Depositarium, Vniuersitati reseruatum semper fuit ius eligendi Capellanos, Medicos, Chirurgos, Aromatarios, & Computistam, quorum munus, seruatis omnibus, quæ suis in locis pro singulis sancita fuerunt, vacabit per decessum, recessum; & excessum, qui vltimus per Vniuersitatem declarandus erit hic verò modus seruandus erit, antequam deueniatur ad electionem, sequuta quocumq; modo ex supradictis vacatione, edictum ad valuas Oratorij exponatur ad dies decem duraturum, & quotquot intra id tempus per Syndicum conscripti fuerint, à Concilio Vniuersitati legitimè congregatæ singillatim proponentur, & qui maiorem suffragiorum partem reportauerit, ipso facto intelligatur electus in locum illius, qui quoquo modo ab Officio vacauerit. Declarando insuper horum omnium, & singulorum Officialium non solùm electionem, verum etiam suspensionem, & amotionem ad Vniuersitatem pertinere, si quis eorum à suo officio defecerit, statim, ac ad aures Priorum peruenerit teneantur conuocare Congregationem generalem, vt indemnitati Ven. Societatis consulatur.

De obligatione congregandi Vniuersitatem.
Cap. XXXIX.

COngregatio generalis quotannis de more conuenire debebit in festo Sancti Mathiæ, vt fiat electio noui Concilij, Syndici, & Depositarij; quorum electione facta, altero die festo quamprimum fieri poterit, conuocabitur generalis Congregatio, vt noui Priores iuxta solitum constituantur Procuratores, qui vlterius intra annum teneantur Vniuersitatem conuocare toties quoties contigerit aliquid agendum, quod bonum Ven. Societatis concernat, & quatenus Consiliarij in conuocando non conuenirent, possint Priores illis inconsultis, vel etiam inuitis idipsum præstare, quoties pro bono regimine expedire censebunt, & proponere, quæ vtilia sibi videbunt, & præterea si cui Confratribus quidquam Vniuersitati valde congruum proponendum contigerit, proponatur. Ius autem proponendi Prioribus solummodo competat, ijs verò hoc præstare renuentibus, seruentur quæ sancita fuerunt in cap. de Conseruatoribus.

De Clerico eiusque officio. Cap. XL.

HOnestæ vitæ Clericus per Congregationem minorem eligatur, qui missis tam solemnibus quam priuatis, quæ in Oratorio celebrantur inseruiat, functionibus quibuscumque intersit, quoties Congregatio aut funus aliquod indicetur, columnistas monebit, & bilieta Sacristijs de more affiget, ad nutum Superiorum præsto erit, Sacristis, & Capellanis in ijs, quæ ad eorum munus spectant, inseruiet, Oratorium, & Sacristiam scopis mundabit, & alia quæ ad clerici officium spectant, diligenter exercere curabit.

De officio Computistæ, seu Scripturalis.
Cap. XLI.

COmputistæ munus erit introitum, & Congregationis exitum stylo mercantili adnotare, Inuentaria mobilium, & supellectilis conficere, mandata quæcumque registrare, & quidquid ad scripturæ finem spectat, diligenter adimplere, nec non, & cautiones per officiales præstitas describere, & accurate expensarum listas custodiendas scripturare.

De abrogatione Capitulorum nouis āduersantium. Cap. XLII.

VT omnis controuersiæ, & discordiæ causa penitus extinguatur, abrogamus, delemus & omnino irritamus quæcumquæ capitula, quæ his ex toto, vel ex parte aduersarentur, reliquis in suo robore permanentibus: omnesque in Domino cohortamur prius, ijsque præcipimus, vt quæ à nobis pro bono regimine, conseruatione, & augumento sodalitatis nostræ sancita fuerunt, diligenter, & exacte obseruent.

De Medicis, Chirurgis, Aromatarijs, & Compūtista Cap. XLIII.

CUm Venerabilis Congregatio ad nostrorum Confratrum ægrotantium subleuandas necessitates Medicorum, Chirurgorum, & Aromatoriorum numerum vsq; ad duos in vnoquoq; genere in dies adiunxerit, declaratur vniuscuiusque eorum electionem, prout hucusq; seruatum fuit, ad Vniuersitatem spectare, cum onere quod æquè Medicis, ac Chirurgis suam opem, quotiescumq; aduocati fuerint, erga ægrotantes Confratres gratis præstare perseuerantibus ad cuiusq; eorum obitum non solum consueta Missarum suffragia, verum etiam associationem ad sepulturam impendere Uen. Societas teneatur, & hoc idem cum duobus Aromatarijs seruetur, quorum vni, prout conuentum fuit in eorum aggregatione, ægrotus Confrater, vel ipso decedente, eius hæres, dimidiam, alteri verò tertiam partem iusti pretij pro Medicinalibus persoluere rantummodo debeat. Quæ hucusq; dicta sunt, Computistæ nostro, qui libras retinere, & singulis annis rationes introitus, & exitus Uen. Societatis transcribere gratis tenetur, pari gradu applicantur. Si quis verò ex singulis supra enumeratis à suo officio defecerit, cum primum hoc ad aures peruenerit, vt indemnitati Ven. Societatis, & Confratrum opportunè consulatur, Vniuersitatem, ad quam non solum electio, sed etiam suspensio, & amotio supradictorum Ministrorum spectat, RR. DD. Priores, & Consiliarij pro tempore conuocare teneantur.

De

De Archiuio. Cap. XLIV.

VT Instrumenta, libri, & scripturæ, quæ ad Vniuersitatem spectant, diu asseruentur, idoneus in Oratorio eligetur situs, qui Archiuium dicetur, in quò scripturæ Congregationis interesse tangentes custodiantur, & tribus clauibus claudantur, quarum vna Priori, altera Syndico, tertia Seniori ex conseruatoribus traddatur.

De solemnitatibus Congregationis. Cap. XLV.

NE à pio instituto à nostris predecessoribus traddito, & hucusque seruato recedamus circa solemnitates, quæ in nostro Orarorio annuatim celebrandæ sunt, cum principalis Cnngregationis Patronus, sub cuius auspicio erecta fuit, sit Princeps Apostolorum, ideo dies festus Diui Petri solemniter singulis annis celebrabitur, & ad Missam, quæ, ea qua decet solemnitate maiori, à Superiore cantabitur, omnes Confratres conuenire debeant: In die cathedræ eiusdem Missa pariter minori solemnitate cantetur; Post Commemorationem omnium fidelium Defunctorum, die immediatè sequenti, Anniuersarium solemne fiat, pro fratribus Defunctis; Infra annum vero celebrentur Anniuersaria solita ordine, & modo à Congregatione præscripto.

Decretum Congregationis Generalis.

VT omnibus innotescant onera per eos adimplenda, & quisque valeat suo fungi munere, statuimus, ac decernimus, qnod Capitula, & Leges quibus Congregatio nostra regitur, & gubernatur, typis mandentur, ad hoc, vt quisque, ex Confratribus ex eis instrui possit. Datum in Baptisterio loco solitæ Congregationis, anno à natiuitate Domini millesimo septingentesimo septimo die 14. Februarij.

R. Flaminius de Thomasijs Syndicus, & à Secretis.

SOM-

SOMMARIO

Dell'Officio della Congregatione minore. Cap. XLVI.

LA Congregatione minore, ò sia Consiglio douerà ogn'anno, subito che sarà eletto, far la deputatione di due sogetti della Compagnia pratichi di conti, che siano reuisori del debito, e credito del Cassiere, per douerlo riferire al sudetto Consiglio, e quello poi relatarne la Congregatione generale, la quale douerà comandare poi quello si douerà fare circa l'impiego del denaro, che restasse in cassa.

In oltre procurare, che il Computista facci il bilancio dell'introito, & esito per riconoscere l'auanzo, e disponere come meglio l'Vniuersità stimerà.

Far l'elettione del Maestro de' Nouitij, de Visitatori dell'Infermi, Procuratori de' Carcerari, Visitatori de' Morti, delli Choristi, e delli Colonisti nelli loro quartieri.

Di più fare la nomina de' Secrestani da proponersi alla Congregatione generale; Et in fine d'ogni cinqu'anni quella de' Conseruatori de' Capitoli.



OBLIGHI DE' FRATELLI.

OGni Fratello è tenuto recitare l'Officio da Morti intiero ogni mese in quel giorno, che le sarà stato assignato nell'impronto consignatole nell'ingresso.

Item morendo qualche Fratello, doueranno interuenire al suo funerale, e si sforseranno di venire à fare la carità, e di più hanno obligatione di recitare l'Officio de Morti intiero con tutti li trè Notturni per anima del fratello defonto, e se non saranno stati presenti all'interro, doueranno dirlo subito, che haueranno notitia della morte del detto fratello.

Nel giorno, che si celebra l'Anniuersario generale doppo la commemoratione de tutti i Morti, douerà ciascuno fratello Congregarsi nell'Oratorio per cantare la Messa solenne, e con l'orationi communi suffragare l'Anime de nostri fratelli defonti.

Il giorno de SS. Pietro, e Paolo nostri Patroni, e Protettori, e della Cattedra di esso doueranno interuenire alla Messa, che solennemente si canterà da Superiori, & assistere à quelle fontioni, che in detto giorno conuerranno farsi all'hore determinate da Signori Priori.

Di più doueranno anch'esser presenti ogni Martedì dell'anno alla Messa, che si canta per li nostri fratelli, & à tutti li Anniuersarij, che si doueranno cantare per li benefattori del nostro Oratorio nelli giorni da Superiori assignati.

Visiteranno li fratelli infermi consolandoli con parole dolci, & essortandoli con carità fraterna alla patienza.

Contribuiranno ogn'anno per elemosina, e souenimento dell'opere pie, e Messe, che si fanno quotidianamente celebrare nell'Oratorio soldi ventiquattro, e tralasciando per il spatio di trè anni pagare detta elemosina restano priui di voce attiua, e passiua, cioè esclusi dal votare, e da esser proposti à carrica alcuna della Congregatione, & in oltre da ogni suffragio di Messe in caso di morte, e dall'accompagnamento alla sepoltura alla forma del Capitolo 35.

SOMMARIO
DELL'INDVLGENZE PERPETVE
Concesse dalla Santità di Nostro Sig. Papa Urbano VIII. à dì 4. Ottobro 1628.

Alli Sacerdoti Secolari della Compagnia dè SS. Pietro, e Paolo Apostoli, canonicamente eretta nel Battisterio di S. Lorenzo di Genoua, alla Capella delli detti Santi.

PRimo. Si concede Indulgenza plenaria à tutti li Sacerdoti Secolari, i quali si faranno scriuere in detta Compagnia nel giorno del loro ingresso essendo veramente pentiti, confessati, e communicati.

Secondo. A tutti i sudetti scritti, e da scriuersi in detta Compagnia, li quali confessati, e communicati nell' hora della sua morte, e non potendo ciò fare, almeno contriti chiameranno il Santissimo Nome di Giesù con la bocca, e non potendo almeno con il cuore si concede parimente Indulgenza plenaria.

Terzo. A tutti i sudetti Confratelli scritti nella Compagnia, li quali visiteranno la Capella delli detti Santi nel giorno della loro festa; dalli primi vespri del giorno precedente fino al tramontar del Sole della detta festa, essendo però prima veramente pentiti, confessati, e communicati, & iui pregheranno per la concordia de' Principi Christiani, estirpatione dell'Eresie, & essaltatione della Santa Madre Chiesa si concede in detto giorno Indulgenza Plenaria, e remissione della pena à lor Fratelli douuta.

Quarto. Inoltre à tutti sudetti, i quali essendo veramente pentiti confessati, e communicati, nel giorno della festa della Cattedra di S. Pietro in Antiochia, e nelli giorni di Venerdì della prima, seconda, e terza settimana di Quaresima visiteranno la sudetta Capella, in ciascheduno di sudetti giorni si concedono, ò si rilasciano sette anni, e sette quarantene delle penitenze à loro ingionte, ò in qualsiuoglia altro modo douute.

Quinto. Ogni volta, che saranno presenti à Messe, & altri Vfficij Diuini, che si diranno in detta Capella, ò vero alle Congregationi publiche, ò priuate di detta Confraternità, ò allogieranno poueri, ò faranno pace frà nemici, e le procureranno di fare, accompagneranno morti alla sepoltura tanto descritti in detta Compagnia come altri, ò le Processioni, che si faranno con licenza dell'Ordinario, ò vero il Santissimo Sacramento, quando si porta all'Infermi, ò in altri luoghi per qualonque eccessione, ò tempo, ò sentendo il suono della Campana, essendo impediti di ciò fare, reciteranno il Pater noster, e l'Aue Maria vna volta, e cinque volte per l'anime de Fratelli defonti, e ridurranno alcuno peccatore alla strada della salute, ò insegneranno le cose di nostra Santa Fede à quelli che non le sanno, ò faranno qualsiuoglia opera di pietà, e carità, per ciascheduna volta, che essequiranno alcune delle sudette cose si rilasciano 60. giorni delle sudette pene.

Orationi da dirsi nel principio delle Congregationi.

KYrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.
℣. Veni Sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium.
℟. Et tui amores in eis ignem accende.
℣. Memento Congregationis tuæ.
℟. Quam possedisti ab initio.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMVS.

MEntes nostras quæsumus Domine luminæ tuæ claritatis illustra, vt videre possimus, quæ agenda sunt, & quæ recta sunt, agere valeamus.

DA quæsumus Domine fidelibus tuis, vt qui Spiritu Sancto cooperante congregamur, secura tibi deuotione, & actione seruire mereamur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oratione da dirsi in fine delle Congregationi.

℣. Tu autem Domine miserere nobis.
℞. Deo gratias.
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℞. Sed libera nos à malo. Amen.
℣. Confirma hoc Deus quod operatus, es in nobis.
℣. A templo sancto tuo, quod est in Hyerusalem.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℞. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℞. Et cum spiritu tuo.

O R E M V S.

PErfice quæsumus Domine benignum in nobis obseruantiæ sanctæ præsidium, vt quæ; te auctore facienda cognouimus, te operante impleamus.

EXaudi Domine supplicum preces, & confitentium tibi parce peccatis, vt si quid offensionis in hac Congregatione contraximus, indulgentiam, te miserante consequamur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

REtribuere dignare Domine benefactoribus nostris viuis, atque defunctis vitam: & requiem æternam, & fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. Amen.

FORMA DI ACCETTARE LI UFFICIALI NUOUI.

FInita la fontione dell'elettione de' nuoui Priori, e Consiglieri si intonerà da' Cantori, ò Coristi l'Hinno Veni Creator Spiritus come in appresso.

Et in questo tempo il Superiore vecchio con Consiglieri si partiranno da' loro luoghi, & anderanno à riceuere il loro successore conducendolo à suo luogo, dando ad ogn'vno per ordine vn'abbracciamento in segno di obedienza.

H Y M N V S.

VEni, Creator Spiritus,
Mentes tuorum visita,
Imple superna gratia,
Quæ tu creasti, pectora.

Qui diceris Paraclitus,
Altissimi donum Dei,
Fons viuus, ignis Charitas,
Et spiritalis vnctio.
Tu septiformis munere.
Digitus paternæ dexteræ,
Tu ritè promissum Patris,
Sermòne ditans gùttura.
Accende lumen sensibus:
Infùnde amorem còrdibus:
Infirma nostri corporis
Uirtute firmans pèrpeti.
Hostem repèllas lòngiùs,
Pacèmque dones pròtinus:
Ductòre sic te præuio
Vitemus omne nòxium.
Per te sciamus da Patrem,
Nòscamus atque Filium;
Teque vtriùsque Spiritum
Credamus omni tempore.
Deo Patri sit glòria,
Et Filio, qui à mòrtuis,
Surrèxit, ac Paràclito,
In sæculòrum sæcula. Amen.

Doppo si intonerà Te Deum laudamus: il che finito il Superiore nuouo dirà le seguenti Orationi.

℣. Domine exaudi orationem meam.
℞. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℞. Et cum spiritu tuo.

O R E M V S.

ADsit nobis quæsumus Domine virtus Spiritus Sancti; quæ & corda nostra clementer expurget, & ab omnibus tueatur aduersis.

DEvs, cuius misericordiæ non est numerus, & bonitatis infinitus est thesaurus, pijssime maiestati tuæ pro collatis

donis gratias agimus, tuam ſemper clementiam exorantes, vt qui petentibus poſtulata concedis, eoſdem non deſerens, ad præmia æterna diſponas. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

MODO DI RICEVERE I NOVITIJ.

IL Maeſtro de Nouitij condurrà li Nouitij fuori dell'Oratorio, e ſerrate le porte ſi intonerà. Veni Creator Spiritus, & interim ſi introduranno i Nouitij, & arriuati innanzi l'Altare, e poi alli Superiori, e ſi inginochiaranno, il Superiore dirà:

℣. Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur.
℟. Et renouabis faciem terræ.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

O R E M V S.

DEvs qui corda fidelium Sancti Spiritus illuſtratione docuiſti; da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere & de eius ſemper conſolatione gaudere. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

ADeſto Domine ſupplicationibus noſtris, & hos famulos tuos benedicere dignare, quos in Fratres huius noſtræ Confraternitatis accepimus, vt te largiente vitam mereantur accipere ſempiternam. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

℣. Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuum.
℟. Ex hoc nunc, & vſque in ſæculum. Amen.

FInite l'Orationi ſudette il Maeſtro de Nouitij dicendo Pax tibi frater, e quelli riſpondendo, & cum ſpiritu tuo, fatta riuerenza all Altare, li condurrà à dar la pace alli Vfficiali; e ſe al Maeſtro de Nouitij parrà tempo opportuno, li farà andare à dar la pace alli Fratelli: & in tanto ſi canterà il Salmo.

Pſal-

Pſalmus.

ECce quam bonum, & quàm iucundum: habitare fratres in vnum.

Sicut vnguentum in capite: quod deſcendit in barbam: barbam Aaron.

Ecce quam bonum, & quam iucundum: habitare fratres in vnum.

Quod deſcendit in oram veſtimenti eius: ſicut ros Hermon, qui deſcendit in montem Sion.

Ecce quam bonum, & quam iucundum: habitare fratres in vnum.

Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem: & vitam vſque in ſæculum.

Ecce quam bonum, & quam iucundum: habitare fratres in vnum.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.

Ecce quam bonum, & quam iucundum: habitare fratres in vnum.

Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.


Ecce quam bonum, & quam iucundum: habitare fratres in vnum.

Finita la fontione della pace: ſi dirà dal Superiore.

℣. Saluos fac ſeruos tuos.
R. Deus meus ſperantes in te.
℣. Mitte eis Domine auxilium de Sancto.
℟. Et de Sion tuere eos.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

O R E M V S.

DA nobis: quæſumus Domine perſeuerantem in tua voluntate famulatum, vt merito, & numero populus tibi ſeruiens augeatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.



TAUOLA

DELLI CAPITOLI.

Rigine, e principio della Compagnia. pag. 3
Del fine della Confraternità. Cap. 1. pag. 5
Della Congreg. minore, o sia Consiglio. C. 2. pag. 5
Del numero legitimo dell'vniuersità. C. 3. pag. 6
Del numero legitimo del Consilio. Cap. 4. pag. 6
Delle Sorroghe. Cap. 5. pag. 7
Delle Sostitutioni in luogo degl'Vfficiali Defonti. Cap. 6. pag. 7
Delli Priori funti munere. Cap. 7. pag. 8
Del tempo d'ellegere l'Vfficiali. Cap. 8. pag. 8
Del modo di ellegerli. Cap. 9. pag. 8
Dell'elettione de' Conseruatori de Capitoli. Cap. 10. pag. 9
Dell'elettione del Sindico. Cap. 11. pag. 10
Dell'Obligatione del Cassiere. Cap. 12. pag. 10
Dell'autorità de' Priori. Cap. 13. pag. 11
Della Messa al Martedì. Cap. 14. pag. 11
Dell'obligatione d' interuenire à funerali. Cap. 15. pag. 12
Dell'Annuale contributione. Cap. 16. pag. 12
Del modo d'assistere à funerali. Cap. 17. pag. 12
Dell' inhabili à votare. Cap. 18. pag. 13
Delle deliberationi dell'vniuersità. Cap. 19. pag. 13
Delli legati. Cap. 20. pag. 14
Del modo di congregare l'vniuersità. Cap. 21. pag. 14
Dell'officio de Colonisti. Cap. 22. pag. 14
Dell'officio del Sindico. Cap. 23. pag. 15
Dell'officio del Cassiere. Cap. 24. pag. 15
Dell'officio de Choristi. Cap. 25. pag. 16

Dell'

Dell'officio de Visitatori dell' Infermi. Cap. 26. pag. 16
Dell'officio de' visitatori de Carcerati . Cap.27. pag. 16
Dell' officio de' visitatori de Morti. Cap.28. pag. 17
Delle qualità de' Fratelli da scriuersi . Cap. 29. pag. 17
Delli Nouitij , e loro officio . Cap. 30. pag. 18
Dell' autorità di fare Capitoli nuoui . Cap. 31. pag. 19
Del modo di stare nell'Oratorio . Cap. 32. pag. 19
Delle Messe per li Fratelli defonti . Cap. 33. pag. 20
Dell'autorità d'amettere li Fratelli sospesi . Cap.34. pag. 20
Del portare li cadaueri de' Fratelli alla sepoltura. Cap.35.pag. 20
Delli Capellani . Cap. 36. pag. 21
Dell' officio de Sacristani. Cap. 37. pag. 22
Dell'Vfficiali eletti dall'vniuersità . Cap.38. pag. 22
Dell' obligo di congregare l' vniuersità. Cap.39. pag. 23
Del Chierico . Cap. 40. pag. 23
Del Computista , e suo officio . Cap. 41. pag. 23
Dell'Abrogatione de Capitoli antichi . Cap. 42. pag. 24
Del Medico , Cirurgo , Spetiale, e Computista . Cap. 43. pag. 24
Dell' Archiuio . Cap. 44. pag. 25
Delle Solennità della Congregatione . Cap. 45. pag. 25
Sommario dell'officio della Congregatione minore. Cap. 46. pag. 26

IL FINE.